Serenissimo Principi et domino domino Sigismundo dei gratia Regi Polonie Magnoque duci Lituanie Russie Prussie que domino
et heredi etc domino clementissimo Mathias Epus Wladislawien humilis capellanus et perpetuus servitor oracionum ac serviciorum comendacionem Serenissime princeps et domine domine clementissime
sime Mandato vestre Maiestatis Serenissime ex eiusdem litteris michi per Radzieouien Cives oblatis accepto Proconsulem et Consules Civitatis Bresten ad presenciam meam vocavi eisdemque auctoritate
vestre Maiestatis precepi ut privilegia super libertatibus et presertim super foralibus non soluen coram me producerent et exhiberent et presertim ea privilegia que ipsos cum Rudzeouien pro
frenda libertate essent communia Bresten vero proconsul et consules tanquam obediens privilegium tale cuius tenor fideliter de verbo ad verbum sequitur reproduxerunt Quodque ipsos et Radzeo
wien in Brzesczie a soluendis foralibus absoluit In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Regum et principum benignitas cum in aliquos subditos suos beneficia et libertatis iura impartitur atque
exhibet aut impartita et largita confirmat Ut regie beneficencie certiora et diuturniora testimonia perseverent ea litterarum munimentis annotatisque testibus et appensis sigillis consueuit communiri Proinde nos Alexan
der dei gratia Rex Polonie Magnus dux Lituanie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Russie Prussie ac Culmen Elbingen Pomeranieque dominus et heres etc Significamus tenore pre
sencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quomodo providi proconsul et consules Civitatis nostre Bresten coram nobis personaliter constituti exhibuerunt privilegium infrascri
ptum petentes illud per nos approbari ratificari et confirmari cuius tenor est talis In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Quoniam omnia acta mundi subito unda detergeret obliuio nisi ea
litterarum soliditas et testium annotacio memorie comendaret eterne Proinde nos Kazimirus dei gratia Rex Polonie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Magnusdux Lituanie Pomeranieque
dominus et heres Russie etc Significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quomodo attendens varias dissensiones et controuersias inter Civi
tates nostras Bresth ab una et Radzieow incolasque earundem Civitatum ab altera partibus pro eo et ex eo quod incole predictarum civitatum utriusque inter se ad fora communia sive septimanalia cum omnibus
indifferenter rebus et mercibus quibuscunque unius Civitatis incole in dampnum alterius consueverunt equitare iam a multis et retroactis temporibus periculose subortas et usque in presentes dies vergentes Quibus
providere salubrius atque easdem amovere cupientes prelatis et Baronibus Regni nostri huiusmodi differencias revidere et practicare commisimus Qui visis et auditis civitatum predictarum iuribus de
voluntate sciencia et consensu nostris ac vigore nostro super predictis differencijs tali modo decreverunt huiusmodique ordinacionem inter ipsas Civitates perpetuo observandam fecerunt et constituerunt
Quod [illegible] incole Civitatis Bresten ad opidum Radzieow ad fora septimanalia cum rebus mercionalibus cuiuscunque generis et speciei fuerint equitabunt libere semel in septimana Eciam pre
dicti Cives nostri Bresten pannum cuiuscunque coloris aut precij fuerit in ulnas mensurando et scindendo libere vendent excepto tamen quod pannos leuiores et remissiores qui per duos grossos aut [illegible]
nus per decem ternarios ad huiusmodi fora septimanalia ducere et vendere penitus non debebunt Similiter et carnifices predicte nostre Civitatis Brest cum quibuscunque pecorum et pecudum carnibus
ad forum iam dictum septimanale equitandi carnes plenam habebunt potestatem demptis ductoribus salis atque prassoli necnon artificibus ut fabris sutoribus aliorumque artificiorum operarijs quibus hu
iusmodi fora septimanalia visitandi auferimus libertatem Parimodo opidum Radzieow ordinacione sepius expressata per omnia puncta et articulos apud ipsos Cives Bresten utifruentur et gaudebunt viceversa
illo tamen expresso quod Civitas Brest prefata ordinacione [illegible] equitandi ad fora communia pannos seu res mercionales quascunque carnesque carnifices vendendi libertate perfruetur tamdiu prout in ipsorum Bre
[illegible] expressum et descriptum est Donec opidum Radzeow murorum aut saltem lignorum clausura circumferencialiter munitum fuerit et
clausum Quo facto ab huiusmodi [illegible] necnon carnium vendicione cessabunt Statuimus insuper et indicimus in predicta Civitate nostra Brest
duo fora annualia singulis annis prim[illegible] in Mayo Secundum in festo sancti Michaelis in autumno celebranda duntaxat et tenenda ad que homines cuiuscunque condicionis et pre
eminencie existant cum rebus et mercancijs [illegible] quibuscunque veniendi standi morandi ac easdem vendendi res pro rebus commutandi plenam et omnimodam habebunt potestatem In cuius rei
testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum Actum et datum in Nyeszowa Sabbato ante festum invencionis sancte Crucis Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo presentibus ibidem 1450
Reverendissimo ac Reverendis in Christo patribus dominis Wladislao sancte Gnesnensis ecclesie archiepiscopo et primate Andrea Poznaniensi episcopo necnon Magnificis et generosis Luca de Gorka Poznaniensi [illegible]
Siradiensi Joanne de Cretkow Bresten [illegible] de Gorow Junwladislaviensi palatinis et alijs quampluribus fidedignis testibus circa premissa Datum per manus magnificorum Joannis de Koniecz[illegible] Cancellarij
et Petri de Szekoczyn Vicecancellarij Regni Polonie sincere nobis dilectorum Relacio Magnifici Joannis de Koniecpolie Regni Polonie Cancellarij et Capitanei Siradiensis etc Nos itaque peticionibus Maiestati
nostre per ipsos exhibendis factis moti viso premisso privilegio iusto et legitimo reperto illud in omnibus punctis articulis condicionibus et clausulis duximus ratificandum approbandum et confir
mandum Ratificamus que approbamus et confirmamus decernentes illud obtinere robur perpetue firmitatis tenore presencium mediante Siquidem oriente coram nobis inter ipsos Cives Bresten ab una
et Generosum Caspar de Lesthno Succamerarium Calissiensem et tenutarium bonorum Regalium opidi Radzeow speciali citacione nostra in ea causa ad iudicium Regium nostrum ad instanciam eorundem Civium evocatum
ab altera partibus materia differencie pro libertate foralium infrascriptorum quequidem foralia ipse Casper tenutarius ab eisdem Civibus Bresten prout conquerebantur violenter exigebat non
attenta libertate in ipso privilegio superius inserto concessa In qua incole Bresten ab antiquis temporibus se conservatos allegabant dum in Radzeow negociatum veniebat contra quod privilegium
coram nobis exceptum erat quia in eo non fuerat expressa nominatim libertas a foralibus non soluendis Unde opidanis illis circa premissum privilegium ac in libertate a foralibus non soluendis
Caspar vero in inscripcionibus super illa bona in Radzeow habitis se conservari petentibus Nos auditis ipsarum parcium propositis et responsis viso privilegio premisso per nos confirmato intelli
gentes illud per nostros predecessores ipsis Civibus Bresten non in alium effectum fuisse concessum duntaxat causa foralium in ipso Radzeow non soluendorum ambiguitate eiusdem privilegij tollere ac
lucidiori interpretacione prout ad nos pertinet declarare et in stilo sensuque intelligibiliori perpetuo relinquere cupientes diffinitive decrevimus et decernimus prefatos Cives Bresten ipsorumque successo
res ad soluenda foralia in Radzeow non esse aliqua racione obligatos quos preterea in libertate foralium in Radzeow non soluendorum [illegible] fungebantur iuxta effectum premissi
privilegij conservavimus et conservamus eidemque Casper et suis successoribus tenutario Radzeowiensi silencium de recipiendis eisdem foralibus de opidanis Bresten imposuimus ac imponimus per
presentes [illegible] eciam opidani Radzeowien a solucione foralium in Brzesczie liberi esse debeant In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum Actum in Brze
sczie Sabbato [illegible] dominicam Ramispalmarum Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri tercio presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Vincencio Wladislaviensi et Joanne Poznaniensi ecclesiarum Episcopis
Necnon [illegible] venerabili et generosis Nicolao Gardzyna de Ludbrancz Calissiensi Ambrosio de Pampow Siradiensi et Capitaneo maioris Polonie generali Petro Myschkowski de Myrow Lanciciensi et Nico
lao de [illegible] Junwladislaviensi palatinis Joanne de Lassko Regni nostri Cancellario Bernhardo de Ludbrancz Bresten Petro Gorski Naklensi Castellanis et Joanne [illegible] de Thanczin Curie nostre Mar
schalco [illegible] et Ploczensi Capitaneo Ceterisque consiliarijs Curienque nostris sincere et fidelibus dilectis Datum per manus venerabilis eiusdem Joannis de Lassko ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellarij sincere nobis dilecti 1504

Joannes de Lassko qui supra Cancellarius subscripsit

1504.

Confirmatio Privilegij [illegible] Casimiri Regis in Nieszowa Ao 1450. [illegible] liberam Equitationem pro Foralibus sine eorum solutione ad Civitatem Brest et venditionem in ea [illegible] [illegible] Civitas Radziejow murorum aut saltem lignorum clausura non fuerit munita.
1504.

9.

N. 11

Niepotrzebny bo teraz Foralia zniesione [illegible] dzie Konstytucya [illegible]

181.

Pokelsky

Privilegium Bresten quia sut liberi a foralibus in Radzierow Radzicio vien in brzeszie